

D. D. LUDOVICI
DE MOLINA
J. C. HISPANI,
DE PRIMOGENIORUM
HISPANORUM ORIGINE,
AC NATURA,
LIBRI QUATUOR;
CUM VARIIS ADDITIONIBUS.

D. D. LUDOVICI
DE MOLINA

J. C. HISPANI,
In Summo Regnorum Castellæ Senatu Gratiaë
& Justitiæ Consiliarii,

Ac PHILIPPI II. Invictissimi & Potentissimi Regis Legati pro Regni
Portugalliæ Successione;

DE PRIMOGENIORUM
HISPANORUM ORIGINE,
AC NATURA,

LIBRI QUATUOR.

NOVA EDITIO, ACCURATISSIME EMENDATA;

Cui ad calcem cujusque capituli distinctim apposta sunt

ADDITIONES ET AUREÆ ILLUSTRATIONES

DD. BALTHASARIS GILMON DE LA MOTA, & ANTONII
DE LA CUEVA & SILVA, D. JOSEPHI MALDONADO & PARDO,
& D. FERNANDI ALFONSI DEL AGUILA & ROXAS.

CUM INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS.



LUGDUNI,
Sumptibus PETRI BRUYSET, & SOCIORUM.

M. DCCXLIX.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOT. DE SAL. DECRETIS
TERRON. DE D. J. SERRANOS



BIBLIOPOLÆ LECTORI.

IN hoc, quod offerimus tibi, LECTOR AMICE, Tractatu verbis extollendo tempus & operam frustra impenderemus; hoc etenim & extra officium & supra vires cum sit, hanc in se recipiant provinciam artis periti, & qui digne laudare noverint. Quoniam etiam laudibus vaud eget opus, quod præ omni encomio commendat sui ipsius AUCTORIS nomen; quippe cujus fama iam omnibus nota sit, & tanta ejus in foro auctoritas, ut penè pro legibus habeantur in Hispania illius decisiones. Aliande verò hujus Libri excellentiam non parùm predicant tot reperite illius Editiones. Quæ igitur animadversione digna visa sunt, & sine negligentia nota prætermitti non potuerunt, hic solum attingimus.

Inter Varias quæ hæcenus prædierunt hujus MOLINÆ Tractatus editiones, cix ulla numeris omnibus suis absoluta evasit, & in eam quavis aliqua desiderabatur. Priores siquidem nudum Auctoris textum exhibere, cui, cum propter nimiam ejus subtilitatem & comprehensionem, difficileer multis in locis verus dari posset intellectus, plurimorum ad captionem non erat hoc Opus. Horum itaque gratia, Molina scriptis non parvam in posterum lucem insuderunt D. BALTHASAR GILMON DE LA MOTA, in utroque Justitiæ Bellique Senatus Consiliarius, atque Rationalium Præses, & D. ANTONIUS DE LA CUEVA & SILVA, in Supremo Indiarum Senatu Fiscalis, notis quæ textum dilucidarent & illustrarent ad Libri marginem appositis, quas diligenter collectas Publico dedit D. JOSEPHUS MALDONADO & PARDO, in Regiis Consiliis causarum Patronus, & in Regali Audientia Gallicia Fiscalis, additis insuper multis annotationibus suis. Ultimò novissimis Molina Tractatum additionibus illustravit D. FERNANDUS ALFONSUS DEL ACUILA & ROXAS, celeberrimus Granatensis Cancellariæ Advocatus, quæ ex notis marginalibus deprompta cum cæteris supra recensitis Molina Textui primùm annexæ fuerunt in Editione Lugdunensi anni 1727. Hujus autem Editoris animam de Publico benemerendi sefellit inepta & inconcinna Additionum cum Textu coadunatio; quippe cum varias illas notas & observationes nec congruis locis, nec illis, ut par erat, diversis characteribus distinctas Textui inseruisset, itaut non immerito dici posset, Molinam ab Addentibus reddi obscurum, à quibus mutuari oportebat claritatem; hinc evenit, ut in foro patente (sic enim à viris fide dignis accepimus) Molina auctoritatem attestaretur Jurisconsultus quidam Hispanus, in allegando testimonio, quod etsi esset ex uno Addentium desumptum, terron ta-



PRÆFATIO,

In qua ea præsertim, quæ in Chronicis, ac Legibus hujus Regni, atque à nostratibus, ac exteris Jurisconsultis de Majoratibus scripta sunt, recensentur.

S U M M A R I A.

- 1 Majoratum causa sunt aliarum omnium difficillima, ac frequentissima.
- 2 Voluntatis alienæ interpretatio penè impossibilis reputatur.
- 3 Lucretur satis qui suæ voluntati obsequiunt.
- 4 Subtilis interpretatio voluntatem testantis subvertit.
- 5 Dispositiones idiotarum non sunt legali, sed vulgari interpretatione declaranda.
- 6 Jurisperitorum dispositiones majora jurgia generare solent, et quæ sit hujus rei causa.
- 7 Hæbetior quisque est in negotio proprio, quàm in alieno.
- 8 Frequenter evenire solet, ut primogenia non relicta, alteri adjudicentur.
- 9 Causa majoratum cæteris graviores.
- 10 Transactiones in causis majoratum parum secare.
- 11 Nullus hac usque persequit, et ex professo majoratum Hispanicarum materiam tractavit.
- 12 Scriptores ceteri, qui de majoratibus Hispanicis meminissent, enumerantur.
- 13 Antiquitates Hispaniæ ex Scriptorum penuria omnium incertissimæ.
- 14 In Chronicis Hispaniæ moxica sit majoratum mentio.
- 15 Verbi hujus, Mayorazgo, in qua ex Chronicis Hispaniæ primùm mentio facta fuerit.
- 16 Rex Henricus II, instituit plura primogenia inter Nobiles hujus Regni.
- 17 Clausula testamenti Regis Henrici in hoc Regno servatur ut lex.
- 18 Scriptores nostrates, ac ceteri, qui de clausula testamenti Henrici meminissent, referuntur.
- 19 Clausula testamenti Regis Henrici tenor hodie in legibus Regni insertus est.
- 20 Leges Regni antiquæ de majoratibus non loquuntur.
- 21 Particularum leges à Rege Fernando III. capta fuerunt.
- 22 Leges Taurinenses fuerunt prima, quæ de Hispanicis majoratibus meminissent.
- 23 Hispani Scriptores, qui de majoratibus aliqua scripserunt, enumerantur.
- 24 Illustrissimus Dom. Didacus de Covarravias varia de Hispanicarum majoratibus scripsit.
- 25 Reverendissimus Dominus Didacus de Simancas Paccensis Episcopus libellum de Hispaniæ primogeniis edidit.
- 26 Dominus Antonius de Padilla Meneses plura etiam de eisdem majoratibus disseruit.
- 27 Joan. Lupus de Palacios Rub. refert se fecisse tractatum de majoratibus, qui non invenitur.
- 28 Divisio operis.



UAMVIS Jurisconsultorum munus suæ & amplitudine, & varietate quamplurima complectatur, nullaque penitus sic humanæ vitæ conditio, nullâ pars mortalitatis, quo non Juris ac Legum sacrosanctâ potestas penetret, aut imperio, aut æqui & boni moderat. omne cuncta administratura: unum tamen illud est, quod hoc nostro tempore in Hispaniarum Regnis crebro inter cætera pertractet, quod frequenter discutiat, cui sæpe intendat, quod assidue regere debeat, ac gubernare,

lites videlicet, ac controversias, quas inter principes viros, proceres, atque optimates super primogeniorum successione gigni quotidie videmus, nasci, & crescere, & non nisi acerrimis utrinque studiis, atque infestissimis odiis pertractari. Quæ quidem lites merito censentur omnium difficillimæ, cum in eis de dubiæ dispositionum mentis declaratione præsertim agi soleat, cujus interpretatio non solum difficilis, sed penè impossibilis etiam existimatur. Quis enim rectè poterit de mente alterius judicare, cum ea verbis ambiguis sæpe sit concepta ac elicta; in quibus, ut inquit Jurisconsultus, nec disponens dicit quod vult, quia id non loquitur; nec quod vox significat, quia id ejus menti, ac voluntati repugnat. Quod si ex verisimilitudine, ac prudentium judicio res ipsa sit decidenda, ac iudicanda, tunc iudicium ipsum fragilius multò, incertiusque erit. Quis enim tantum unquam propriæ tribuit voluntati, ut ex ea valeat alienas metiri, aut interpretari cum, ut Jurisconsultus etiam profiteretur, b. varix admodum sint hominum voluntates, nec sit petenda ratio, quare quis id velit, & hoc possit.

a To l. non
figur. ser.
m. 1. f. 11
v. 1. 1. 1.
b To l. quia
perorat. f. 11
ad Tract.



D E

HISPANORUM PRIMOGENIORUM ORIGINE AC NATURA, LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Quid sit Majoratus.

SUMMARI A.

- 1 Omnis bona disputatio debet à definitione proficisci.
- 2 Majoratus pro jure primogenituræ frequenter usurpanti solet.
- 3 Verbum majoratus à solis Hispanis usitatur, nec apud Latinos Scriptores invenitur.
- 4 Primogenita dicuntur jura primi, & maximi natu filii.
- 5 Primogenitura quid sit.
- 6 Differentia inter majoratus Hispania, & aliorum Regnorum ac provinciarum primogeniturarum.
- 7 Hispanorum primogenia fideicommissis perpetuis familiaribus relictis similia esse, & in quibus non inter se differant.
- 8 Majoratum, & fideicommissorum concocientia in quibus consistat.
- 9 Fideicommissum in testamento, seu ultima voluntate, non in contractu relinqui potest.
- 10 Fideicommissum potest quodviscumque verbis relinquari.
- 11 Majoratus ut plurimum verbis preceptivis ordinantur.
- 12 Fideicommissum verbis etiam directis relinqui potest.
- 13 Verba directa obliquantur ex testatoris voluntate.
- 14 Majoratus & fideicommissa in pluribus differunt.
- 15 Non potest dici practica, majoratum fideicommissum esse.
- 16 Hispanorum primogenia cui generi dispositionis potius adaptari valeant.
- 17 Ex Hispanorum primogenis tot substitutiones, seu divisiones resultant, quot persona ad eorum successorem voluntur.
- 18 Nativitatis donatio, seu prelegatum fieri potest.
- 19 Celeritas actuum effici, ut unus alterna accendat.
- 20 Dominium non intervenit quid nisi ad vitam tantum relinquatur, & post mortem ejus in aliam transferatur.

D. Molin. de Hispan. Primogen.

- 21 Definitiones Majoratus à Rodrico Suarez, & aliis assignata taxantur.
- 22 Vera definitio Hispanorum majoratum assignatur.
- 23 Majoratum quidam proprii, quidam improprii esse solent.
- 24 Definitio vera est ea, que definit rem secundum propriam naturam, licet aliquando ex accidenti deficiat.
- 25 Majoratus absque Principis facultate constitutus, verus majoratus est.
- 26 Remedium legis 45. Tanti, circa Translationem dicitur, ac possessionis, competere ei, qui in majoratu absque Regis facultate institutus vocatus est.
- 27 Lex 45. Tanti, de adficii in rebus majoratus fallis loquens, habet locum in majoratu absque Regis facultate instituto, atque in parvitatibus & annuversariis jure majoratus institutis.
- 28 In aliis Provinciis extra Hispaniam dispositiones sunt, que majoratibus assignantur.
- 29 Primogenitum Hispania Tractatus, non solum Hispanis, sed etiam exteris summo nullis erit.
- 30 Regnum, atque amplissimarum ditentium successio apud omnes gentes, ut plurimum eo ordine, quo in Hispanis primogenis, defertur.



UONTIAM ex definitione cuiusque rei natura atque essentia plenius & perfectius quam ex quavis alia ducendi ratione comprehenditur; idcirco majoratum naturam interpretatum, ab eorum distinctione exordiemur. Ut autem perfectam definitionem majoratibus assignetur, id primo loco sciendum est, majoratum pro jure primogenituræ frequenter à Juris interpretibus usurpanti, quod dixit Præposit. in c. jus naturale, colom. 4. in fin. dist. 1. dicens, Majoratum nihil aliud esse quam primogenituram; idque ipsum etiam profertur Bald. in l. cum antiquioribus, C. de sine deliberand. numero 11. Paul. consil. 164. lib. 1. quasi per totum consil. Abb. cons. 83. numero 3. lib. 1. Romani. consil. 29. Sqc. cons. 47. lib. 3. quasi per totum consil. Suarez in quest.

A

quest.

A P P R O B A T I O.

EX Mandato Illustrissimi Galliarum Cancellarii perlegi LUDOVICUM DE MOLINA DE PRIMOGENIIS HISPANIÆ, cum Additionibus JOSEPHI MALDONADO ET PARDO & Additionibus FERNANDI ALTONSI DEI AGUILA ET ROXAS; nihilque Editionis iterationi vilum est ob stare. Parisiis, die certâ Decembris, anno Domini 1744.

RASSICOD.

P R I V I L E G E D U R O Y.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE; A nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, grand Conſeil, Prévôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils & autres nos Juſſiciers qu'il apertendra, SALUT. Nôtre bien aimé PIERRE BROUËT, Libraire à Lyon, Nous ayant fait expoſer qu'il deſireroit faire réimprimer, & donner au Public des Livres qui ont pour Titre *Vniuers ad Inſtituta & ſoleſſa Quæſtiones & Noua Inſtracii; Hermenegildi de Roxas de Incompatibilitate Regnorum & Majoratum; Antoni Gomezii Opera Juridica, cum Additionibus de Aylou; Molina de Hiſpanorum primogenitorum origine & natura, cum Additionibus; Vallensii Paratitula Juris Canonici cum novo Tractatu; Thomæ Carlevalii de Judiciis, de foro competentis, & legitima iudicium poteſtate, Tomi duo*; ſ'il nous plaiſoit de lui accorder nos Lettres de Privilège ſur ce néceſſaires; A CES CAUSES voulant traiter favorablement ledit Expoſant, Nous lui avons permis & permettons par ces Preſentes, de faire réimprimer ledits Livres en un ou pluſieurs Volumes, autant de fois que bon lui ſemblera, & de les vendre, faire vendre & débiter par tout nôtre Royaume, pendant le tems de quinze années confécutives, à compter du jour de la date des Preſentes. Faisons défenses à toutes ſortes de perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'en introduire d'impreſſion étrangère dans aucun lieu de nôtre obéiſſance; comme auſſi à tous Imprimeurs, Libraires & autres d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire ledits Livres, ni d'en faire aucuns Extraits ſous quelque prétexte que ce ſoit d'augmentation, correction, changement ou autre, ſans la permiſſion expreſſe & par écrit dudit Expoſant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de conſiſcation des Exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'Amende contre chacun des Contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit Expoſant, ou à celui qui aura droit de lui; & de tous dépens, dommages & intérêts; à la charge que ces Preſentes ſeront enregiſtrées tout au long ſur le Régître de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, dans trois mois de la date d'icelles; que la réimpreſſion des Livres ſera faite dans nôtre Royaume & non ailleurs, en bon papier & beaux caractères, conformément à la feuille imprimée attachée pour modèle ſous le contreciel des Preſentes; que l'impétrant ſe conformera en tout aux Règlemens de la Librairie, & notamment à celui du 10. Avril 1725. Et qu'avant que de les expoſer en Vente, les Imprimés qui auront ſervi de Copie à la réimpreſſion ledits Livres, ſeront tenus dans le même état où l'Approbation y aura été donnée, ès mains de nôtre très-cher & féal Chevalier, le Sieur DAGUESSEAU Chancelier de France, Commandeur de nos Ordres; & qu'il en ſera enſuite remis deux Exemplaires de chacun dans nôtre Bibliothèque publique, un dans celle de nôtre Château du Louvre, & un dans celle de nôtre très-cher & féal Chevalier le Sieur DAGUESSEAU Chancelier de France; le tout à peine de nullité des Preſentes. Du contenu deſquelles vous Mandons & Enjoignons de faire jouir l'Expoſant ou ſes ayant cauſe, pleinement & paisiblement, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit fait aucun trouble ou empêchement; Voulons que la Copie des Preſentes qui ſera imprimée tout au long au commencement ou à la fin ledits Livres ſoit tenue pour dûement ſignifiée; & qu'aux Copies collationnées par l'un de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires, ſoit ſoit aprouvée comme à l'Original. Commandons au premier nôtre Huïſſier ou Sergent ſur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles, tous Actes requis & néceſſaires, ſans demander autre permiſſion, & nonobſtant clamours de Haro, Charte Normande, & Lettres à ce contraires: Car tel eſt Nôtre plaſir. DONNÉ à Paris le onzième jour du mois de Decembre, l'an de Grâce mil ſept cent quarante quatre, & de nôtre Règne le trentième.

PAR LE ROY EN SON CONSEIL.

Signé SAINSON.

Regiſtré ſur le Régître XI. de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris N°. 407. fol. 347. conformément aux anciens Règlemens, confirmés par celui du 28. Février 1723. A Paris ce 18. Janvier 1744.

Signé VINCENT Syndic.